

Dissertatio medica inauguralis dogmatica juxta et hermetica, de fluxu alvi colliquativo, qui febri est consecrarius / [Jeremias Bertram].

Contributors

Bertram, Jeremias, active 1640-1641
Schneider, Konrad Victor, 1614-1680
Universität Wittenberg

Publication/Creation

Wittenberg : J. Rölmer, 1641.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/g2v8xuys>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

DISPUTATIO MEDICA
Inauguralis,
DOGMATICA juxta & HERMETICA;
De

FLUXU ALVI COLLIQUATIVO,

qui
Febri est CONSECTARIUS,

Quam sub
DIVINI NUMINIS AUSPICIO,
Decreto & Auctoritate Amplissimi Collegij
Medici in Illustri ad Albim Academia,

&
PRÆSIDIO

Experientissimi, Clarissimi, Excellentissimi VIRI,

Dn. CONRADI VICTORIS
SCHNEIDERI, Phil. & Med. Doctoris, Anatomici
& Botanices Professoris Publ. celeberrimi, Præceptoris
ac Promotoris sui æternum venerandi,

pro
LICENTIA & Summis in Arte Medicâ honoribus
& privilegiis solenniter consequendis,
Publico Eruditorum examini submittit

JEREMIAS BERTRAM

Dresdâ - Misnicus.

Ad diem 22. Julij.

In Auditorio Majori, horis ante & pomeridianis.

VIRO

*Amplissimo, Experientissimo, Excel-
lentissimo,*

DN. JACOBO JANO,

Serenissima ac Celsissima Principis,

DN. HEDWIGIS,

CHRISTIANI II. Saxoniae Electoris Viduae,
Medico dignissimo,

*Dn. Doctori, Patrono ac Fautori
suo summo,*

Disputationem hanc Inauguralem,

**Honoris, Benevolentiae,
ac Favoris
ergò**

Offert & consecrat

Auctor & Respondens.



Σὺν Θεῷ παναγίῳ!

Theſium Præco.

BEnigniffima rerum Mater Natura faluber-
rimè quidem inferiorem Regni Microcosmici
Oeconomiam amicâ Facultatum alvinarum
concordiâ administrat. Verùm ſeditiones
morborum, quàm varias & periculofas Na-
turæ, quàm tedioſas & dubias ejus Miniſtro jurati illi Fra-
tres divorſium facientes excitent, fluxus alvini Genus cum
miſerâ hominum calamitate abunde teſtatur. Tàm variis
enim, Facultatibus alvinis trium primarum ſubſtantiarum
aut aliarum tincturis laceſſitis, labuntur excrementa idæis, ut
non rarò Medico etiam perito imponant. Fluxus alvi Lien-
tericus fertur crudis: (a) Cœliacus ſemicoctis: (b) Chyloſus
excernit ſine foetore materiam Chyliſormem putredine immu-
nem albi coloris ex venarum meſaraicarum, aut ex mente
Aſcllii lactearum, obſtructione; ſubruffi ex Epatis Attraçtri-
cis labefactatione. (c) Cruentâ facie non concreſcente citra do-
lorem & exulcerationem Hepaticus prodiſ; ilicò verò con-
creſcente Sanguinolentus. (d) Dyſentericus ob inteſtinorum
exulcerationem ſimul purulenta dejicit cum torminibus.
(e) Diarrhoicus deniq; multiformis eſt, qui nunc à Toto;
nunc à Parte, aut ſine aut cum Febre contingit. Abſque febre
à toto ſcilicet corpore aquoſa, ſeroſa & alia excrementa citra
ullius partis affectu querelam excernuntur. (f) Si verò à Par-
te, excrementum geret ideam illius partis, à quâ dimanat.
(g) Sic ſi à Cerebro, excrementa ſunt alba, lenta, viſcida,
crassa, ſpumofa, cum multis magnis bullis ac capitis gravitate,

ut Hollerius in aphor. 30. lib. 7. Hippoc: notat. Si à Ventriculo deponuntur liquida & aquosa, alba potius, quàm crocea, non graveolentia. (b) Si à Jecore bilioso dejectiones sunt crocea & ruffa, non admodum mites. (i) Si à Liene dejectio apparet nigra & punitiones sentiuntur in hypochondrio sinistro, Cum Febre à Toto sit Fluxus colliqvativus, quo dejiciuntur liquida quidem, verùm non aquosa sed carpulenta, (k) pingua, glutinosa, (l) sub diverso colore, (m) semperq; foetentia, ut nonnullis placet. (n) Et qui horum plures, tanquam insensissimi ac ferocissimi vitæ humanæ hostes, corpus nostrum invadunt. Inter hos omnes autem cum vix ullus agrotis periculosior aut adstantibus & Medicis ipsis majorem incutiat terrorem, quàm Fluxus colliqvativus Febri consecrarius: de eo itaq; Disputationem secundum utriusq; Medicinæ, tam Dogmaticæ quàm Hermeticæ præcepta conscribere placuit.

[(a) Heurnius libr. de febr. cap. 15. pag. 56. (b) Hollerius in Scholiis cap. 45. lib. 1. de morbis internis mihi pag. 455. (c) Sennertus lib. 3. Pract: Medicinæ section. 2. cap. 6. pag. 302 (d) Hieronymus Capivaccius 3. de affect. intestinor. cap. 17. (e) Sennertus libro dicto cap. 7. pag. 323. (f) Heurnius loco supra laudato. (g) Idem ibidem. (h) Petrus Forestus lib. 22. observ. 4. & Sennertus libro citato cap. 6. pag. 314. (i) Petrus in Tom. 2. Nosolog. Harmon. disp. 27. pag. 82. (k) Salius diversus de febr. pestilenti cap. 18. & de affect. particul. cap. 10. pag. 250. (l) Godofredus Steeghius lib. 2. Medic: Practic: cap. 22. pag. 246. (m) Sennertus libro modo allegato pag. 308. (n) Hercules Saxonia lib. 3. Practicæ Medicinæ, cap. 20. pag. 248.]

Sit ergò

IN NOMINE JESU!

THESIS I.

MOrbi, quàm herbis, non verbis, operando, non speculando, tollantur, Chymici æquos ac modestos sperant Censores

fores, si, sepositis aliorum opinionibus, Disputationem aut cujusdam rei tractationem medicè statim auspicantur. Verùm ne Deam habeamus iratam Erida, placabimus eam immolando primo statim in limine Æquivocationem. Accipitur autem à Galeno πὲρ *colliquare*, pro eo quod est in humorem solvere; quâ ratione medicamenta purgantia, si humorem proprium non nanciscantur, corpus colliquare dicuntur, ut Clarissimus noster & jam omnium communis Præceptor Sennertus ex mente Galeni refert. (a) Deinde Iohanni Baptistæ Montano (b) colliquare duplex est: alterum quando id, quod à calore sicco est coagulatum iterum à frigore humido liquefcit: sic ex Ferro calcinato vulgari modo fit °°. Alterum verò quando à frigore concretum calor reddit fluxibile. Et hoc propriè est colliquari. At nos, licet minùs propriè, eam colliquationem intelligi hîc volumus, quæ in Practicorum scholis est recepta: in quâ scilicet non solùm humores in venis, sed & quod proximum partium corporis humani est alimentum, immò partes ipsæ à calore igneo & dissolvuntur & absumuntur: de his legi potest Foësius. (c)

[(a) Galenus *lib. 2. aph. com. 37.* Sennertus *lib. 4. de febr. cap. 15. pag. 559.* (b) Iohan: Baptist. Montanus *Part. 1. Medic. Univers. pag. 87.* (c) Foësius in *Oeconomia Hippocratis pag. 599.*]

II.

Hæc colliquatio est vel **Insensibilis**, quâ id, quod à calore dissolvitur, non cadit sub sensum, quoniam vaporis instar per ἀδηλον διαπνοήν, in febre quidem hæcticâ primi gradus acervatim & velociter, ob maximam humorum in corpore apprimè raro tenuitatem: In febre verò hæcticâ simplici tertii gradus Marasmode sensim, ob materiæ ariditatem & partium siccitatem, evaporat. vel **Sensibilis**, quâ id, quod à calore igneo in corpore colliquatur, sensu deprehendi potest. (a)

[(a) Petrus Salius *Diversus in Tract. de affect. particul. cap. 10. pag. 247. & seqq.*]

III.

Quod autem Sensibiliter ita colliquatum est, nunc aut per **Sudorem**, ubi nimirum materia tenuis, sive sit humidita-

tum secundarum, sive adiposæ, sive carnosæ substantiæ, in ha-
 litus resoluta & ad cutim translata ibi confluit & admodum
 copiosè expellitur. (a) Aut per **Lotium**, ubi vel eadem mate-
 ria, vel tantum humores in venis existentes & ad Renes validâ
 Attractrice præditos defluentes, superfluè transmittuntur,
 indeq; homo subito emaciatur. Hujus rei insignem Salius ha-
 bet historiam, cum refert: se vidisse in Nobili quodam ægro-
 tante per quinque horarum spatium lotium colore venetum,
 odore foetidum, ad libras plus quàm viginti excretum, indeq;
 ægrum sæpius in Syncopen incidisse, subitoq; adeò emaciatum,
 ut visus fuerit, non per quatuor dies, sed per quatuor menses
 ægrotasse: qui cum inde similis ferè in totum sceletto factus fuerit
 nocte sequente convulsus expiravit. Aut deniq; per **Secessum**,
 ubi materia crassior, à calore febrili colliquatur, & quam
 Renes attrahere non valent, in ventrem confluit, hincq; dejici-
 tur. (b) Duas priores colliquationes hic non attendimus; de
 ultima verò, quæ **Fluxum alvi colliqvativum** constituit, pla-
 cidè disputare nobis proposuimus.

[(a) Petrus Salius Diverfus in *Traët. de feb. pestil. cap. 17. pag.*
110. & 111. (b) Sennertus *lib. 4. de febr. cap. 15. pag. 548.*]

IV.

DOGMATICE.

HERMETICE.

Arbitramur igitur ita defini-
 endum esse **Fluxum alvi col-**
liqvativum propriè dictum.

Hermeticorum principia
 eum hunc in modum descri-
 bunt:

*Est Diarrhœa à toto cum febre,
 à cujus calore fusæ substantiæ hu-*
morales & adiposæ & carnosæ per
intestina excerni possunt.

Est morbus dissolutus mineralis
Θ'is totius corporis substantiæ
carnosæ Saccharini, qui à spiriti-
bus exaltati Airis primigeniæ
cordis Mechanicos partium suis
tincturis lateffentibus resolutus
per secessum excernitur.

Definitio hæc quo reddatur
 dilucidior, ejus partes omnes
 & verba explicare libet.

V.

Diarrhœa est Genus, sub quo continetur: **Diarrhœa** quan-
 quam secundum vocem omne profluvium & vulgè profluvium
 alvi significat: tamen propriè & verè à Medicis sumitur pro
 alvi

alvi fluxu, quo varia humorum genera maximè sine exulceratione intestinorum excerni possunt. Diarrhœa autem continetur sub alvi fluxibus, qui ad symptomata in Excretis referendi sunt. Nam Symptomatum Genera tria numerantur: 1. Actio læsa, 2. Qualitas mutata, 3. Retentorum & excretorum vitia: de quibus infra planiùs dicemus.

V I.

A toto scilicet corpore: nam Diarrhœa alià est, ut princi-
piò diximus, vel à toto, vel à parte: ut, à Ventriculo, à Jecore, à
Liene, à Cerebro. Ita Diarrhœa à toto dicta propius accedit ad
naturam fluxus colliqvativi.

V I I.

Cum febre: nam Diarrhœa à toto est vel cum febre vel si-
ne febre: quâ de re audiamus Sennertum: sæpe etiam Diarrhœa
accidit citra febrem, cum venter quidem ab affectu & vitio
omni liber est, per eum tamen totum corpus expurgatur & na-
tura vitiosos humores è venis & toto corpore evacuat, atq; ita
certis intervallis in quibusdam omnem corporis reduntan-
tiam per talem Diarrhœam educit. (a) Fluxus alvi colliqvati-
vus est semper cum febre hectica vel nunc simul cum febribus
ardentibus putridis, cum febribus malignis & pestilentibus, ut
infra fusiùs dabimus.

[(a) Galenus 7. *method. med. cap. II.*]

V I I I.

A cujus calore, hoc est qui est præternaturalis: nam natu-
ralis tantam vim corpori non infert. Qui calor præternaturalis
nonnunquam in febribus ardentibus, malignis & pestilentibus
igneus esse videtur, maximè in febre hectica pestilente. In fe-
bre hectica simplici tantus non est: in febre hectica cum putri-
dis conjuncta est vehementior.

I X.

Fusæ: nam quemadmodum multæ res humidae concretæ
& conglutinatae ignis vi fundi dicuntur; ita & humores con-
creti, Gluten & Cambium dicti & partes adiposæ & carnosæ fe-
brili calore fundi possunt & liquari.

X.

Substantiæ humorales: nos hîc non omnes humores
intelligimus, qui vulgo colliquari dicuntur, sed eos, qui sunt
crassi

crassi, quos renes attrahere nequeunt, sed ad intestina deferuntur, vel ut planius dicam, qui alimentarii sunt & secundarii, & ii quidem concreti, Gluten & Cambium; hi scilicet etiam primum in nostro fluxu propriè dicto Colliquativo ejici possunt.

XI.

Et adiposæ & carnosæ: quæ à nonnullis solidæ cum solidis in specie ita dictis confusæ vocantur, ut infra dicemus. Nimirum in fluxu colliquativo primum humorales istæ substantiæ, deinceps adiposæ & tandem carnosæ colliquantur & excernuntur. Nonnunquam aliquid substantiæ & humoralis & adiposæ simul excerni potest. Itaq; nunc conjunctè, nunc disjunctè exponendum est. Nonnunquam cum humerali substantia etiam humores massæ sanguineæ simul colliquari & excerni possunt. Atq; hic fluxus colliquativus erit mixtus.

XII.

Per intestina excerni possunt: nam ad intestina deferatur materia colliquata necesse est. Et ita intestina partes recipientes aliquo modo vocari possunt. Quomodo autem colliquatæ substantiæ & per quas vias ad intestina amendantur, dubium est. Trincavellus putat per venas aditum ad intestina patere ab omni corporis nostri particula, cum à venâ cavâ deducti rami distributi sunt per universum corpus ad omnes partes. (a) Vel à venis capillaribus iterum materiam recipi ac ab iis in majores venas effundi, à quibus materia deinde ad ventriculum ac intestina deferri possit, Capiuaccii mens est. Quidam illud Hippocratis hinc usurpant: In corpore vivo omnia sunt transfluibilia, quem locum infra allegabimus. Atq; hætenus Definitionem nostram explicare voluimus; nam huc omnia referenda sunt, quæ dubia esse videntur. Jam vagari libet, & nunc hoc, nunc aliud addere & tandem Causas, Differentias, Signa & Curationem subicere.

[(a) Trincavellus Tom. i. de ratione curandi affect. partic. humani corp. lib. 9. cap. 4. pag. 235]

XIII.

His ita præmissis, statuimus | **Hermeticè Fluxus alvi Colli-**
Fluxum Συντηκτικόν seu Col- | quativus collocetur in classem
liqua- | morbi

liquativum esse Symptoma, quia morbis succedit, & quidem tertii ordinis rerum præternaturalium videlicet excretorum. (a) Nam ejicitur & secernitur id, quod non est de censu excernendorum, sed retinendorum, ac non solum proximū partium alimentum crassius, verum ipsa denique partium substantia, ab intensissimo calore dissoluta & ad intestina delapsa. Et nihil interest, excretionem fieri per consuetum naturæ ductum & instrumenta, resq; quæ excernuntur, esse planè naturales: attamen quia per eas vias proximum partium alimentum, quod nullo modo naturaliter ejiciendum, sed omninò retinendum, imò partes ipsæ evacuantur, rectè excretionem præternaturalem dicimus.

[(a) Nicolaus Piso de morb. cognitione & curatione c. 14. p. 536.]

XIV.

Notitiā partis affectæ quod spectat, tam in cognitione, quam in curatione morborum ea maximè est momenti. Morbus enim sine illà tanquam subiecto cognosci nequit; inq; omni curatione partis temperatura imprimis consideranda: siquidem juxta eam remedia, eorumq; quantitas ponderanda. Meritò igitur & nos partem atrocis hujus Accidentis affectam indagamus. Offereunt autem hîc sese nobis Intestina, quæ ceu viam seu

morbi Dissoluti, quia excretiones non debite expulsiuâ virtute dejiciuntur: (a) & quidem Mineralis, (b) quoniam ipsum minerale partium est dissolutum: id est, \ominus , in totius corporis partibus carnosissimè per resolutionem affectus expellitur. Carne enim ægro tante vel potius colliquante, \ominus quoq; ejus resolvitur, quo luxuriat, & ejicitur.

[Paracelsus lib. I. Paragraph. de morbis dissolutis, pag. 180. (b)]

Idem Paragrapho 9. in fragmentis medicis pag. 195]

De Loco affecto, seu sede morbi, nō est ut multa proferam⁹ verba, quū Hermetici in eo Galenicis assentiantur. Paracelso Matrix (a) nostri dissoluti morbi mineralis \ominus lis. Stomachus cum suis emunctoriis est Secundaria, in quâ semina suos fructus deponunt & ejiciunt. Primaria est caro, in qua semina hujus mali defixas habent radices.

[(a) Paracelsus in fragmentis medicis Parag. I. de morbis Dissolutis pag. 193.]

subjectum excretionis constans admittimus. Subjectum
autem Inhaesionis partes corporis solidas vocamus.

XV.

Verum, prius hic explicare venit, quam longius progredimur,
quidnam nomine partis solidæ intelligatur? Galenus, quum
Hippocratis primum illud, ex tribus istis totum constituentibus
ἰσχυρὰ nominat *σπεσέ* id est solida, intelligit non integra
membra & viscera, uti Hollerii Scholiographus solet, qui non
tantum carnosas, easq; externas sed internas, nimirum Epar &
interna viscera partes solidas vocat; (a) verum partes illas simi-
lares, ita ut humiditates secundas subintelligat. (b) Istæ itaq;
partes, quia secundum Doctorum sensu unius substantiæ non
sunt, sed ex triplici componuntur; ex Roridâ videlicet humi-
ditate, ex substantiâ adiposâ & carnosâ, quæ unicuiq; parti
similari peculiaris esse solet, ac deniq; ex substantiâ mēbrano-
sâ & fibrosâ, ex quâ vitalis nostræ lampadis Ellychnium, ut
Rosenbergius (c) Philosophatus, compactum habemus. Ulti-
mam in specie solidam salutat Sennertus. (d) Mediam substan-
tiam nos hic considerare & intelligere volumus. Colliquatio
enim illi competit propria per alvum sensibilis.

[(a) Hollerii Scholiographus aph: 7. sect: 2. (b) Galenus lib. 1. de
different. febris: c. 9. (c) Johan. Carolus Rosenbergius in Rhodo-
log: part. 2. c. 33. p. 317. (d) Daniel Sennertus lib. 3. de febris. c. 1.
p. 336.]

XVI.

Morbi, quibus hæc Diarrhœæ species, Fluxus nimirum
colliquativus est familiaris, Febres dicuntur varii ordinis: Ar-
dentibus interdum evenire, ut plurimum tamen Pestilentibus
cum *Salio* (a) Sennertus agnoscit: (b) Verum quod inseparabi-
le sit, symptoma Febris pestilentis *Rulando* (c) ex *Hercule Saxo-
nia* (d) negando respondemus. Siquidem nec omni, nec semper
convenit, quia dantur Pestiferæ, quæ nullum prorsus habent
alvi fluxum; neq; accidit solis, quia ex sententiâ *Galen* (e) &
Recentiorum ardentibus quoq; contingit. Proinde *Horatius
Augenius* talem facit sententiam; (f) Pestilentes Ephemeræ, hunc
alvi

alvi fluxum nō habent, Humorales rarō, Hecticæ verō semper (intelligit secundi gradus). Propterea ex Fluxu Colliquativo laudatus *Hercules Saxonia* febrem pestilentem hecticam tanquam ex firmissimo signo, ut cognoscamus, docet. De Putridis quoq; adfirmat hoc *Augenius*, illis Colliquationem non accidere quatenus putridæ, sed quatenus hecticæ sunt. (g) Nam in putridis quatenus putridæ saltem humores sunt excalescenti, partes autem solidæ tantum in calefieri: si itaq; partium solidarum colliquatio fit, istæ sint excalescenti, necesse est; quæ nota hecticæ secundi gradus est propria. Sicuti enim calefacti spiritus Ephemeram, humores calefacti putridam; ita partes solidæ calefactæ constituunt Hecticam. Ex his satis liquet, febrem, cui fluxus alvi Colliquativus est consuetarius, hecticam esse; non quidem semper simplicem, sed vel cum putridâ, ardente, malignâ atq; pestilente, sive cum comitatâ quâdam *Plavari* complicatam.

[(a) Petrus Salius *Diversus de febre pestilenti cap. 17. p. 110.* (b) Sennertus *de feb. lib. 4. c. 15. p. 550.* (c) Rulandus de lue Vngari: *c. 3. p. 45.* (d) *Hercules Saxonia lib. 8. de feb. c. 37. p. 707.* (e) Gal. *lib. 10. Meth. med. c. ult.* (f) Horatius Augenius in *Consul. & Epist. medic p. 1. l. 6. p. 141.* (g) Idem *ibid. part. 2. lib. 7. p. 549.*]

XVII.

<p>Accessum nunc facimus ad Causas quarum diligens & accurata indagatio, etiam in foro Medico maximæ est necessitatis. Nam sine cognitione causæ nequē morbos præcavere, neque curare licet. Est autem sævissimi hujus symptomatis causa proxima calor vehemens, interdum putredine aut malignitate inviratus, solidam primò Cordis substantiā occupans, illiusq; actuale caliditatem evertens. Hæc ita in corde</p>	<p>Sal resolutus, ut in omnibus alvi fluxibus. sic & in hoc potiores causandi partes sustinet. Scribit enim <i>Paracelsus</i>, (a) omnem morbum laxum esse ex ☉le, & nullam posse fieri dejectionem, sine sale. Sed quoniam diversæ salium species dantur, hujus alvi fluxus colliquativi, secundum <i>Hermeticos</i>, est ☉lis saccharini à spiritibus ☿ris oleaginei cordis, vi caloris proprii aut alieni à rebus in-</p>
--	--

corde exaltata demum in reli-
quarum partium solidas in-
fluit, quibus inhæret, illarumq;
innatam æquali modo inten-
dit. Qui calor actualis ultra
symmetriam naturalem in ipsis
partibus solidis exaltatus,
igneam suam naturam, tam cordis,
quam totius corporis partium
solidarum proximum alimen-
tum, ac tandem ipsas partes
molliores adiposas & carno-
sas colliquat.

trinfecis aut extrinfecis ac-
censi resolutio. ☉ enim natu-
ræ omnium essentialium par-
tium basis (b) ab astro exalta-
tus frangitur, fractus & laxis
asservari nequit, sed deserit
membrum, sive in universali
sive in particulari, quæritq;
exitum, & ubi reperit, emun-
ctorium exit. (c) Omne enim
mineralis, quod descendit à
sua forma virtutem habet ex-
pulsivam ingentem.

[(a) Paracelsus lib. 1. de tr. b. prim. Essen. c. 2. § 4. p. 323. § 324. (b)
Petrus Iohann Faber in myroth. Spagyri. lib. 2. c. 3. p. 60. (c) Pe-
træus in Nosolog. Hermet. disp. 11. thes. 30. p. 213. (d) Paracelsus lib.
1. paragraph. c. 2. p. 453.]

XVIII.

Causæ Remotæ, quæ ignei
caloris incendium, quod in
partibus Colliquationem effi-
cit solidis, ex triplici rerum ge-
nere accusantur. I. Ex Natu-
ralibus sunt, Temperamentum,
sexus, Ætas, habitus corporis,
calidiora, sicciora, humidiora:
felicioris obsequii sunt, erga

Causæ remotæ Hermeticis
sunt, omnia illa, quæ validio-
ribus suis tincturis tempera-
menta partium tingunt & im-
mutant, quia ab Archæo no-
stra superari nequeunt, sed ipsa
superant Archæum & ideo
inflammant balsamum no-
strum.

σύντηξιν, Mulieres, Adollescentes, Juvenes; corpora teneriora,
pinguiora, humidiora (a) succulenta. (b) II. Ex Non natu-
ralibus, aer æstivus calidissimus ab Hercule Saxonia (c) con-
demnatur, qui acrioris caloris vi corpus liquat. Per Acci-
dens aer pluviosus, austrinus & frigidus; humores cumulat;
hic cutis spiracula occludit, unde ex retentione excremento-
rum oritur Putredo, qua calor accenditur interius, unde par-
tes colliquantur propinquæ. (d) Non minoris censetur effe-
ctus aer malignitate infamis. Cibus & Potus, tam impense cale-

calefacientes, ut *Cepæ*, allia, porri &c. largæ vini nimis calidi ingurgitatio, quàm faciliè putrescentes, corruptibiles, & succo maligno referti, ut fassamenta carnis & piscium semiputrida, melones, pepones cucumeres, tubera, fungi, qui virulentâ suâ qualitate alias in fluxum præcipitant corpus. Vinum corruptum, Aqua putrida &c. Motus & corporis & animi, uterq; si modum excedat, accusandus; Spiritus enim & sanguinem attenuant, conceptumque calorem partibus solidis communicant. (e) Vigiliæ immoderatæ. Venus avida. (f) Cathartica vehementia, (g) Balnea demum putrida, venenata, calida, frigida, nimium adstringentia, quæ latentes in corpore dispositiones causarum antecedentium faciliè in actum deducunt. III. Ex præternaturalibus sunt partium Nutritioni inservientium, *Jecoris* ut *Herculi Saxonia* placet, (h) cui ventriculi & intestinorum addit *Fonsæca* (i) infirmitates & vitia, orta ex qualitatibus sive manifestis sive occultis, quibus etiam bona alimenta corrumpuntur, unde in humoribus & partibus inflammatio & putredo, quæ si ingens interdum maligna evadit, virtutem partium labefactans & fluxum Colliquativum efficiens. Et quæ horum genera sexcenta alia quilibet recensere potest; modò ea ad corpusq; pertingunt, ibiq; intemperiem igneam, si ve per se sive per accidens accendunt.

[(a) Horatius Augenius lib. 7. Consult. & Episc. Medi. p. 552. (b) Sennertus lib. 3. de febribus c. 2. p. 343. (c) Hercules Saxon: lib. 3. Pract. Med. c. 20. p. 248. (d) Petrus Salius *Diversus de affect. partic. c. 10. p. 247.* (e) Sennertus *Instit. maj. lib. 2. part. 2. cap. 10. p. 257.* (f) Franciscus Joel *de febrib. Tract. 2 p. 81.* (g) Iohannes Oberndorff: c. 8. p. 76. (h) Hercules Saxon. loco dicto. (i) Fonsæca Tom. 2. Consult. 78. p. 453.

XVIII.

Ut verò, quæ superioribus in thesibus prolata sunt, reddantur manifestiora ac in sequentibus finis medicus facilius & felicius arripiatur, paucis Modum colliquationis dabimus.

Substantiâ cordis nimirum
solidâ, quibuscunq; à causis
in thesi proximè præcedente
dictis, incensâ, accenditur
quoq; ejus calor non modo
alimentarius, verum & primi-
genius, secundum illud Berri-
ni placitum: **Qualis calor
vivificus influens, tale hu-
midum primigenium.** (a.)

Duobus his exaltatis, natura-
lis primò cordis evertitur
temperies & in igneam muta-
tur. Cor tanquam Lar fami-
liaris, calidum alimentarium
in omnes corporis partes pro
nutritione, motû & pulsû suò,
secundum proportionem ca-
vitatum arteriarum, unicuiq;
parti inservientium æqualiter
dispensans, & distribuens, ut
ingenioso illi Londensi Ana-
tomico placet, (b.) nunc quoq;
qualemcunq; calorem exalta-
tum, quasi è fonte iis largitur,

hinc deinceps omnium partium nativa temperies simili modo
evadit ignea. Intemperies ista omnibus partibus solidis com-
municata & impressa facultatem partium de suo dejicit thro-
no: quâ Retentrice labefactatâ, cambium quod Mercato (c.)
est adipis & carnis pars humidior, tenera præexistens, facileq;
liquabilis, seu potius Coyttaro (d.) humidum alimentarium
attractum partibus assimilari nequit, sed vi caloris ignei dissol-
vitur. Dissoluto hoc, ipsam invadit substantiam adiposam
& carnosam, eamq; unâ cum suo humido substantifico vehe-
mentiâ suâ colliquat. Quæ colliquata, prius quidem illud,
postmodum hæc ad intestina excretionis instrumenta, per sen-

Hermeticè ita tradatur. ¶

Solis microcosmici (a) calidi-
us evadens & primigenium
cordis inflammans, (b) comi-
tem secum ferentem Solem
primò exaltat: qui ita exalta-
tus & tincturis sulphureis im-
prægnatus per arterias in
omnes corporis partes diffun-
ditur. Hinc statim in ordi-
nem suū generis penetrat, sa-
lem partium fixum de suo sta-
tu deturbat ac dissolvit. Quod
verò dissolutum est ad emun-
ctorium, quod stomachum
vult Paracelsus, (c.) Mecha-
nicus partium tincturis lacci-
fitus locat; postea locatum
per secessum excluditur.

[a]. Mart: Rulan: in *Lexico
Alchem: p. 438.* (b.) Mart:
Alber: de concord. medic. p. 36.
(c.) Paracels. in *fragm. Para-
graph. de morb. dissol. parag.
10. pag. 95.*]

sui

fui occultos naturæ ductus (vivo enim in corpore *ἔνθα ποία μίαι*
καὶ κύματα μίαι, ut docet ille Medicinæ Dictator *Hippocrates*)
mittitur, à quibus postea excluditur. Hinc sensibilis oritur
fluxus alvi colliquativus.

(a) Georgius Bertinus in *Med. l. 6. c. 9. p. 126.* (b.) Guilielmus
Harraeus in *Exercit. Anatom. de motu cordis & sanguinis c. 15. p. 60.*
(c.) Mercatus *l. 1. part. 3. Class. 1. de Hum. q. 66. p. 108.* (d.) Jo-
an. Coyttarus de febr. purpurat. *l. 1. c. 13. p. 123.*

XX.

Differentiæ jam occurrunt, quarum variae constitui possunt.
Et I. ratione morbi, cui fluxus alvi Colliquativus est conse-
crarius, ut *Trincavellus* loquitur; (a) quidam comitatur hecti-
cam secundi gradus simplicem, quidam Hecticam cum arden-
te, quidam hecticam cum pestilenti junctam. II. ratione ma-
teriae sensibilem colliquationem sustinentis. Nunc enim col-
liquatur proximum partium alimentum crassius, unde deje-
ctiones alvi sunt corpulentæ, glutinosæ & pingues quidem, re-
liquis tamen liquidiores: nunc pinguedo à calore puro, hinc
præter notas dictas excretionem priori densiores & albo appa-
rent colore, si recens dissolvitur; si antiqua & putredine affe-
cta subcroceo. (b.) Nunc caro ipsa pinguioris inprimis & hu-
midioris habitus, illius excretionem loturæ carnis sunt similes,
(c.) aut Ruffæ & pingues. (d.) III. ratione causæ efficientis.
Colliquationem quidem in partibus efficit calor ex influente &
innato prognatus igneus facultatem partium solidarum Re-
tentricem labefactans. Verum quoniam ille in omnibus non
semper unius est Idææ, sed in nonnullis debilis, in aliis vehe-
mens, interdum purus, interdum putridus, interdum malignus.
Hinc Fluxus Alvi Colliquativus, alius est pareior, alius lar-
gior, alius foetidus seu graveolens, alius minimè.

[(a.) *Trincavellus de rat. curandi tom. 1. lin. 9. c. 4.* (b.) *P. Salius*
Diversus p. 110 (c.) *Holtzemiuss in Prognos. vitæ & mortis lib. 1.*
c. 41. p. 110. (d.) *Hercules Saxonia lib. 3. Pract. c. 20. p. 248.*]

XXI.

Nunc ratio ordinis suadet, ut breviter quoq; Signa per-
stringamus. Horum quædam sunt *διαγνωστικά*, quædam
θεραπευτικά. XXXII. Signa

XXII.

Signa Diagnostica seu Demonstrativa, quibus hæc Diarrhææ species cognoscitur, desumuntur vel à Genere, vel à Loco, unde materia profluit, vel à causa efficiente.

XXIII.

Signa Propria, quæ hanc alvi fluxus speciem indicant & **Pathognomonicum** quasi constituunt, recensentur. Excretionibus exiguæ, corpulentæ, glutinosæ, (a.) pingues quasi adipe seu oleo perfusæ, (b.) æquales, (c.) semper insequentes febrem hecticam aut simplicem aut cum aliâ junctam. Huic succedit corporis statim præter modum extenuatio faciem efformans mortiferam, seu Hippocraticam & summa virium prostratio. Hisce symbolis, quomodo fluxus iste *συναντῖος*, non solum à reliquis fluxuum alvi generibus, verum & Diarrhææ speciebus dignoscatur, quilibet quàm facillimè intelliget, modò præloquium hujus Disputationis, hancq; thesin, ut & antecedentem 14. examinet. Addo hoc, Dejectiones, quæ ob cibos assumptos ideam colliquamenti pinguedinis mentiuntur, & febre & excretionis copia & foetore ab eo discerni posse.

[(a.) P. Salius Diverfus *de aff. particul. c. 10. p. 751.* (b.) Forestus *lib. 22. observ. 15. in Scholio.* (c.) Salius *de febr. pestil. cap. 17. p. 110.*]

XXIV.

Communia judicantur, Urina oleaginosa seu pinguis, quam febris & dolor partis à dissolutione renum pinguedinis, distinguit. Pulsus debiles, crebriores, parvi, præsertim si hectica adsit pestifera. Lassitudo gracilitatis, (a.) Vigiliæ, cibi fastidium, sitis magna, sudor tenuis & syncope, morte jam instante. (b.)

[(a.) Sennert. *Præct. Medic. lib. 1. part. 2. c. 21. p. 476.* (b.) Hollerius *lib. 2. de morbis internis, pag. 774.*]

XXV.

Signa ratione Loci, à quo materia colliquativa in intestina confluit, constituuntur non unius partis peculiariter affectæ, sed totius corporis habitus subita extenuatio, omnium
partium

partium solidarum pinguium & carnosarum ex **Retentricis** ab igneâ intemperie labefactione colliquatio. Hinc dejectiones alvi exiguas, glutinosas & opimas observavit *Forestus* & *Nicolaus Piso* (a) seu pingues, quales **Interpres Hollerii** annotavit (b) Hunc fluxum febris quoque ab ea Diarrhœæ specie, quæ fit ab universis vasis succo quodam redundantibus, distinguit. (c)

[(a) Petrus Forestus lib. 2. 2. obs. 1. in scholiis, Nicol. Piso de morb. cogn. & curat. lib. 3. p. 539. (b) Hollerius lib. 1. de morbis internis mibi pag. 459. (c) Sennertus lib. 3. Pract. Medic. part. 2 sect. 2. c. 6. pag. 310.]

XXVI.

Ratione causæ Efficientis. Ille qui excitatur à calore respectu reliquorum debili, & neque putrido, neq; maligno, sed puro in febre hecticâ simplici corpus adipis & pinguedinis inops invadente, parcior est, corporis extenuatio tardior, vires quidem valdè prosteruntur inquit *Clarissimus noster Sennertus*, (a) non adeò tamen ut in hecticâ cum putridâ aut malignâ. Substantia enim cordis solida tantum ab intemperie calida est alterata. Pulsus parvi, crebriores ac modicè celeres. Excretiones deiciuntur non fœtidæ, potissimum albæ, quia putredo abest, neq; pinguedo pravâ aliqua qualitate est corrupta. **Fluxum Alvi Colliquativum** calore putrido, non maligno, vehementi tamen natum cognosces: quando febrem comitatur hecticam cum putrida junctam; si calore acri & mordaci cessante, alius in membris hærens percipiatur, corpusq; plus emaciatur, quàm aliàs per tales febres putridas fieri solet: Colliquatio pinguedinis in excrementis & urinis sit copiosa, lassitudo membrorum magna, magnusq; virium languor. Cor enim non modò à calore præter naturam est excalefactum, sed & à putredine affectum. Pulsus hinc imbecilles tardi dejectiones admodum fœtidæ, plerumque subcrocæ & ruffæ. Cui verò ingens caliditas & malignitas in febribus hecticis pestilentibus ortum dedit, deprehenditur ille Syptomatibus dictis omnibus crudelioribus. Siquidem cordis substantia solida non solum à calore est alterata, à putredine cor-

C rupta,

rupta, verum etiam à maligna qualitate infecta, ut ex *Salio & Sennerto* (b) constat. Colliquatio notatur largior, quia in habitu fit humidior. Corporis consumptio prætermodum fit velocissimè, & nil nisi summam membrorum conqueruntur ægroti lassitudinem, pectoris anxietatem, maximamq; virium consternationem. Excretiones interdum sunt admodum graveolentes, interdum minimè, inquit *Salius*. (c) Ubi nimirum adest saltem malignitas absq; putredine; coloris, ut plurimum subcrocei, interdum viridis. (d) Pulsus sunt debiles & ferè deficientes, celeres. (e) Ex hac thesi lucet, quantum veritatis habeat illud signum ab *Hercule Saxonia* (f) prolatum: Omnia excrementa, quæ educuntur per Colliquationem foetere.

[(a) Sennertus de feb. lib. 4. cap. 10. pag. 493. (b) Petrus Salius Diversus de feb. pestil. c. 8. p. 41. Sennert. ibid. c. 8. p. 486. & c. 10. p. 493. (c) Salius c. 73. in Annotat. super Alcima: p. 444. (d) Joann. Oberdorff in descrip. morb. Vnga. c. 5. p. 52. (e) Hercul. Saxon. lib. 8. de feb. c. 37. p. 706. (f) Idem lib. 3. Pract. med. c. 20. p. 248.]

XXVII.

Sensim ad Prognosin illam divinitatem Medicinæ partem ducit nos filum hoc quod trahimus disputationis; hujus splendore videmus.

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur ut Poëta canit. Signa enim Prognostica nihil aliud sunt, quàm rei futuræ, per ea, quæ apparent, prædictiones. Horum autem alia sunt **Generalia**, alia **Specialia**.

XXVIII.

Generalia traduntur hæc. *Foresius* (a) ex *Avicenna* refert: Omnem ventris fluxum post aliquam ægritudinem subito factum, si non cum allevatione virium fiat, mortem esse propinquam significare. Addunt alii, modò non sit Criticus. Deinde alvi dejectiones febribus junctæ difficilioris sunt curationis, *Alexander* ait. (b) Si quis autem statim prædictionem urgeret specialem, utpote fini nostro medico convenientiorem, illi cum **Causidicis** respondeo: **nondum liquet**. Itaque quo in sequentibus Prognosin nostram habeamus firmiorem, præ

prænotare est. Quasdam alvi dejectiones esse Criticas, quasdam Symptomaticas. Criticæ an salutaræ sint, non est, ut hîc dubia inferamus. De Symptomaticis verò acerrimè in foro medico controvertitur: An nimirum istæ Dejectiones alvinæ, quæ ineunte statim morbo [hoc est, ut *Heurnius* id dilucidat spacio trium primorum dierum, quod primo circumscribitur quaternario, (a)] profluunt, & ita materiâ nondum coctâ accidunt, sint salutaræ nec ne? Negativam multi Doctorum foveant, forsan secundum illud vetus in scholâ *Æsculapidi* vulgatum: Quicumque alvi fluor Symptomaticus extiterit, malus censebitur quod *Teurellus* habet. (d) Hâc quidem de causâ, quia excretiones Symptomaticæ fiunt, naturâ saltem ab humoribus vitiosis nimium irridatâ, quæ intempestivè id est, ante coctionem & boni à malo separationem, ad expulsionem incitatur? Atque sic ob humorum bonorum evacuationem & evacuationis difficultatem æger valdè læditur. Verumenimverò, sicuti hoc simpliciter falsum est, omnes alvi dejectiones symptomaticas esse salutaræ; ita quoq; haud absolute verum videtur, omnes illas esse insalubres. Nullus sanè Medicinæ nostræ addictus tam ignarus, ut eum aphoristicum illud *Galenî* fugiat: omnes malas excretiones (symptomaticas intelligit) si commode prodeant, ad bonum pervenire exitum. Salutariter autem excretiones prodeunt, si primâ statim febris invasione mineram malignæ putredinis Naturâ ad expulsionem à materiæ pravitate stimulata dejiciat. Nam si naturæ Minister mox in principio turgentem materiam commodè expellere potest, ut ex Scholâ Hippocraticâ liquet, (e) cur ipsa Domina, quæ tamen sui diligens est conservatrix, illud tutò ac commodè, immò multò commodiùs præstare non posset? inprimis quia tunc temporis materia est exigua, naturæ tamen valdè molesta, referente *Clarissimo nostro Sennerto* (f.) Nihil certè aut parum interest, quod nulla præiverit coctio, quoniam malignitas, nihil in se habet, quod sejungi vel in substantiam naturæ convenientem mutari posset. Ideoque optimum erit, si primo statim tempore & antequam in humo-

rum massâ commisceatur intimius, latiusq; per eam sese diffundat, utilioris etiamnum materiæ portioni adhærens, procul abigatur? (g) Et licet quod aliquid utilis materiæ evacuetur, & excretio Symptomatica graviora habeat symptomata conjuncta, quam Critica, tamen paucum erit, quia ista materia vitiosa sanguini tunc non est exacte permista, ideoq; præcipue evacuetur noxia; & vires quoq; eam ferant, quia partes principes eadem materiâ noncum alte sunt infectæ. Propterea eorum sententia veritati proximior videtur, qui sentiunt quasdam excretiones alvi Symptomaticas esse salutare. Adfirmat quoq; hanc sententiâ ultrâ datas rationes quotidiana multorum experientissimorum Medicorum observatio. Antiqui manebant intacti. Ex recentioribus vide Forestum *l. 2. obs. 13. Rulandum Histor. curat: de lue Vngari pag. 200. & Histor. 29. pag. 267. Foscaram Tom. 1. Consult. 47. pag. 315. Horstius lib. 1. observ. 28. p. 49. & alios. Superflue controversiam hanc ex Trincavello & Vallesio conscripsit. Johannes Baptista Sylvaticus (h) cui illo placeat, accedat.*

[a) Petrus Forestus *lib. 22. observ. 3. in Schol.* (b) Alexander *lib. 8. c. 5.* (c) Heurnius *lib. 11. Instit. Medic. c. 2. p. 113.* (d) Nicolaus Taurellus *in methodo medic. prædict. p. 3. de ventric. affectibus p. 634* (e) Hippoc. *lib. 1. aphor. 22. & lib. 2. aphor. 29* (f) Sennertus *lib. 2. de febribus c. 6. p. 102* (g) Simon Simonius *in artific. curand. pestis metho. lib. 1. p. 29.* (h) Johann Baptista. *Sylvat. contr. 25. p. 126.*)

XXIX.

Nunc signa specialia sunt perlustranda, quæ de sumuntur I. à subjecto. In omni affectu, quo plures nobiliores & digniores laborant partes, eò periculosior ille censetur. **Fluxus hic Alvi Colliquativus** est, qui non solum Intestinorum, Renum, Epatis verum imprimis Cordis, immò omnium totius corporis partium solidarum proximum alimentum crassius, immò substantiam ipsam adiposam & carnosam cum suo humido influente & infuso à calore igneo Colliquefactam ob Retentricis labefactionem excernit: inde summa totius habitus extenuatio, insignis virium defectus, multaq; vigiliæ. Quapro-

Quapropter pessimus & periculosissimus censetur. Siquidem malum totius, malo partis est deterius.

XXX.

II. A causis. Fluxus Alvi Colliquativus, si supervenit Hæticam, periculosus & plerumq; pro mortifero judicatur: arguit enim imbecillam facultatem Retentricem & totius corporis Colliquationem, siq; perduret, ægrotantis interfectionem. (a.) Ex vehementissimo calore aut malignitate, quum accidit, (ut in febribus ardentibus & pestilentibus) res cum summo periculo est conjuncta, raroq; ægri convalescunt. (b.) siquidem quum calor ille febrilis igneus & malignitas per se ad hominem jugulandum sint satis valentes, eo faciliori modo id efficiunt, si fluxus talis vires admodum prosterbens accedat. Secundum autem intensiorem & remissionem caloris majus vel minus periculum significatur.

[(a.) Petrus Forestus lib. 4. de feb. obs. 12. in Schol. (b.) Sennertus de febribus lib. 4. c. 18. p. 584. (c.) Petrus Holtzemius lib. 1. Progn. vitæ & mortis c. 41. p. 109.]

XXXI.

III. Ab excretis. Dejectio alvi exigua, glutinosa, subcrocea, candida, levis mala est, exitiosior adhuc opima ac foetida: (a.) quia non solum pinguedo, verum ipsa etiam substantia, carnosæ, à calore igneo & putrido est corrupta & colliquata. (b.) Hinc recentiores ab Hippocrate & Galeno informati, ipsam experientiâ confirmati scribunt: Pauci servantur, quibus in febribus acutis fiunt dejectiones pingues, subcroceæ, virides, admodum graveolentes. (c.) Proinde Fluxus Alvi Colliquativus feбри ille consecrarius, qui exiguam, pinguiam, graveolentiam excernit, pro pessimo & lethali à nonnullis habetur: (d.) siquidem summam notat virium debilitatem, & virtutis læsionem, summamq; partium à calore igneo colliquatarum putredinem & malitiam. (e.) Verum omnis Fluxus Alvi Colliquativus proprius excretionem deiecit quidem exiguas & pingues, sed non omnes graveolentes: propterea alter altero erit periculosior. Hinc Galenus (f) scribit: Excretiones pingues sunt quidem,

pravæ, non tamen omnino exitiales; quia non perinde est adipem colliquescere & carnem colliquescere, Ideo si pinguedo colliquatur malum, si carniformes partes periculosum: deinde fluxus quo copiosior & gravior lentior, eò deterior & periculosior, quia major recessus à naturali statu, majorq; vehementia **Essentiæ & facultatis læsio** (g.)

[(a.) Hippocrates 2. Prognost. § 22. (b.) Galenus com. 2. in Prognost. Hippoc. c. 21. § 22. (c.) Sennertus Instit. med. lib. 3. p. 3. c. 6. p. 729, Johannes Oberdorff von der Ungarischen Krankheit c. 5. p. 51. (d.) Petrus Holtzemi in Progn. vita & mort. li. 1. c. 41. p. 109. (e.) Sennertus locorum laudato. (f.) Galenus 3. Hippo de morb. vulg. c. 3. p. 14.]

XXXII.

IV. Ab ægrorum viribus. Pueros & Mulieres si invadit **Fluxus alvi Colliquativus** valde illi periclitantur, tam quia calidū eorū in molliori asservatur habitu, qui ut facillimè sic velocissimè colliquatur, & ita eorum vires citius præter modum resolvuntur, quæ alias teneri, quam quod præscripto minus obediunt. In senibus magnum quoq; est periculum, imò lethale, immanitas enim causæ denunciatur, quæ frigidum hoc corpus in flammam abripit: & quia in his humidum ad vitam necessarium jam verè exspiravit; (a.) hinc vires eorum effata, quæ vehementiæ causæ resistere nequeunt; sed si quæ sunt relictæ, magis hoc fluxu destruantur & planè extinguuntur. Mediæ, qui sunt ætatis, si temperamentum accedat, quia non tam citò fatigantur, tam vehementer quoq; non periclitantur. Mulieres, quàm Viri, senes & pueri, quàm Juvenes in ætatis vigore consistentes, difficilior curantur.

[(a.) Sennertus instit. med. li. 5. p. 2. sect. 1. c. 2, p. 108.]

XXXIII.

V. Ab eventu, Quid deniq; boni aut mali de hoc Fluxu Alvi Colliquativo febris consecutario, divinandum ex dictis jam abundè patet, eum esse & periculosum & curatū difficilissimum. Nam 1. est symptomaticus. 2. deiecit materiam non excrementitiā sed alimentārem. 3. Corpus subito præter modum

dum extenuat. 4. Spiritus vitales dissipat 5. Syncopen exci-
rat. Verum an protinus sit conclamatum, & in omni fluxu
colliquativo mors statim cum Riolano (a.) prædicenda, non
iniquus in eum est, qui dubitat. Tutius est periculosus in af-
fectibus iudicium suum suspendere, nisi firmissima prostant
signa; quam temerè quid prædicere, quia duplex est morbi even-
tus, ne falsus deprehendatur. Certum quidem est hoc; peri-
culosus est, simulq; dubius, sed non statim quoque lethalis:
Difficile curatur, curatur tamen, si non in omni, saltem in qui-
busdam. Nam (1.) non modò invadit pueros, mulieres, & ie-
nes, verum etiam Juvenes, mediâ aetate florentes, quorum vi-
res adhuc quid ferant. (2.) Non statim colliquatur caro, sed
prius pinguedo. (3.) Neq; in omnibus calor adest vehemen-
tissimus putridus & malignus, sed & in nonnullis à putredine
immunis & benignior. (4.) Nec deniq; omnis Fluxus Alvi Col-
liquativus est copiosus, sed aliquis etiam potest esse parcus?
Atq; hanc sententiam satis firmat, quod virum sexagenarium
ut & alium senem, qui pingua & foetentia simul dejecerunt,
feliciter sanitati restituerit Forestus. (a.) Si itaq; Senes ab hoc
periculoso fluxu liberati sint, multò facilius vel felicius Juve-
nis floridæ constitutionis, cujus pinguedo à calore etiam pu-
trido colliquata excernitur, reconvalescentiam habebit, Qua-
propter non in omnibus in proquinquo mors prædicenda, sed
illis, quorum vires planè sunt prostratæ, nec ulli medicamen-
to fluxus cedit, sudorq; tenuis, & syncope supervenit.

[(a.) Riolanus tom. 8. sect. 2. c. 49. (b.) Forestus lib. 2. obs. 60. &
lib. 2. obs. 15.]

XXXIV.

Cognitâ jam hujus sævissimi affectus Naturâ, Causis, Si-
gnis tam Diagnosticiis, quam Prognosticis, superest deniq; ut
miseris & fere desperatis solatium à benignâ arte Medicâ, quæ
nulli suam denegat operam, adferamus: quod si non planè ma-
lum extirpet, vires tamen recreet ac symptomata demulceat:
Hoc ut salutariter fiat, summè illud magnum Æsculapidium,
Scholæ sacrum veneramur: μή πολλή μάλλον ἢ γνώμη εἶδ'
ὑπερβαῖς. Itaq; omnem nostram curationem Indicationum
legibus submittimus, quo Dogmaticè procedamus:

XXXV. In-

Indicationes autem considerandæ sunt. 1. sub notione ipsius affectus. 2. sub notione affectus causarum. 3. sub notione virium. Illa Curatoria jubet, ut affectus præter naturam quàm citissimè profligetur. Et quia in complicatis vehementius indicans, seu primum urgens curationem extorquet, præstat illud hic fluxus alvinus, qui adstringētia urget. Ita Præservatoria sublationem causæ imperat. Est verò hujus fluxus causa intemperies partium solidarum ignea, easq; colliquans. Quæ si simplex refrigerantibus & humectantibus, si cum putredine, putredini resistentibus, si cum malignitate alexipharmacis compescitur. Hæc deniq; vitalis virium custodiam respicit. Quæ quia in hoc fluxu præter modum sunt prostratæ per alimenta & appropriata medicamenta corroborantia conservari postulant.

XXXVI.

Ut itaq; Indicantibus quoq; satisfaciamus, Indicatum, sive τὰς τῶν ἰαμάτων ὕλας secundum doctrinæ ordinem ex utilitatis hauriemus fontibus, Chirurgico, Pharmaceutico & Diæterico.

XXXVII.

Chirurgico. 1. Venesectionem. Utrum vero Phlebotomia in Fluxu Alvi Colliquativo febri consecutario habeat locum, nec ne? controvertitur. Respondemus, locum neq; ratione causæ habere adversamur Galeno scribenti; (a.) saluberrimum

Morbi ex iis curantur, ex quibus oriuntur: Hermeti-
corum dogma est. (a.) Hinc morbus Δ reus nullo Θ le, aut Ψ rio rectè & per se curatur. (b.) Et sal solummodo per salem vult curari. (c.) Proinde etiam noster affectus, quia ex Θ le, resolutio provenit curam secundum illos indicat per Θ lem coagulativum. Sal nimirum primò rectificandus esset & resolutus ab integro separandus, deniq; Δ accendens per Δ restinguens corrigendum.

[(a) Hartman. *diff. Herm.* 8. p. 126. (b). *Idem in notis ad Crollium* p. 440. (b.) Paracelsus *li. 1. de Pro tract.* 3. c. 1. p. 400. & *lib. 1 paragraph. de morbis dissolutis.* p. 181.]

rimum esse' mittere sanguinem in febribus putridis. Et *Forestus* (b) adfirmat, se in eiusmodi affectu non absq; commodo sanguinem misisse. Dicimus locum habere, eandem Maleam ferire videmur, cum idem *Galenus* noluerit, dicens: (c) In Fluxu alvi non est secanda vena: quod *Galenus* decretum suas patitur limitationes. Fluxum autem Alvi Colliquativum quod concernit, in eo quia vires etiam insitæ periclitantur, quæ aliàs semper sunt observandæ, venæsectio nec requiritur, nec permittitur. Accedit his, quod humor, qui excernitur, non sit excrementitius, sed alimentaris, qui reparationem non detractationem postulat, (detrahimus autem, quando sanguinem evacuamus); suffragamur ergo doctissimo *Fonseca* (d) affirmanti venæsectionem nullum hîc invenire locum, quoniam, ubi febris est cum Alvi Fluxu præsertim vires dissolvente, non opus est aliâ evacuatione. Periculo enim addere periculum temerarii est. Febris tamen essentia & ægri constitutio semper est observanda.

[a.) *Galenus 2. meth. c. 15.* (b) *Forestus lib. 7. de febr. obser. 33. in schol.* (c) *Galenus ad Glauconem 1. c. 14.* (d) *Fonseca Tom. 2. Consult. 87. p. 454.*]

XXXVIII.

Cucurbitulas sine scarificatû ut super Umbilicum affigantur, ibiq; per quartam horæ partem hæreant, in alvi fluxus generibus valde commendat *Petræus*. (a) *Heurnius* (b) dorso admoveri suadet: cui *Lælius* à Fonte assentire videtur (c) Illis enim Fluxum sistere intendunt.

[a) *Petræus in Agonism. diff. 10. tb. 41. p. 205.* (b) *Heurnius de febrib. c. 15. pag. 58.* (c) *Lælius à Fonte Consult. 73. p. 429.*]

XXXIX.

Ex Pharmaceutico illo largiflue fonte scaturiunt varii præsidiorum in ægrotos rivuli. 1. **Purgantia.** An verò & ea quendam locorum in hoc Fluxu alvino obtineant? non video. *Avicenna* (a) docet, ventrem in solutione ventris solvere timoris plenum esse. Magni certè momenti est, dictum hoc in Fluxu Colliquativo, Siquidem in eo non superfluitates

D

humo-

humorum, non humores excrementitii, sed alimentares, imò partes solidæ ipsæ, pinguedo & caro dejiciuntur. (b.) Quæ quò copiosius evacuantur, eò majus imminet vitæ periculum, qui retineri debet non evacuari. Jam verò medicamentum purgans, non tantum non inhibet, sed & Colliquationem auget. (c.) Propterea purgatio minimè convenit: Non enim materiæ Colloquata, quam aliàs natura sponte educit; nec Colloquandæ, quæ omninò ad vitæ salutem retinenda. Deinde quia hoc in affectu virtus est languida, majoribus remediis, quales purgatio censetur, (d) abstineri jubet *Forestus*. (e) Nam cum purgatio vix sine virium labefactione fieri potest, vires, quæ alias debiles, magis prosternerentur: immò metus esset, ut purgatione planè deicerentur? Concludimus ergò Purgantia imprimis electivè talia in fluxu alvi Colliquativo (purè) nullo modo convenire. Si verò humores vitiosi & putridi huic fluxui copiosè conjungerentur, & qui purgationem urgerent, diligentissimè attendendum (quia aliàs plus valet carnis Colliquatio ad illius usum prohibendum, quàm humor vitiosus ad evacuandum) ut medicamentum sit leve & leniens, simulq; hecticam respiciat. Exhibeatur Manna electa. Syrup. Rosar. solutivus Chymicus Fabri (f) diaprun. lenitivum. Laudantur Tamarindi, quia modestè excludunt, & una naturæ student moderando fervorem æstumq; succorum ac partibus robur addunt: ut R. Pulpæ Tamarindi ʒ β. Conserv. Ros. ʒ ij. Santal. odorat. ʒ β. Syrup. Rosar. solut. ʒ j. M. pro dosi (g) vel R. Pulpæ Cassiæ, caricum pingui: Prunor. Damasc. recens extract. super. decoct. foli: sennæ vel flor. & fruct. an. ʒ ij. Conserv. Rosar. cum manna ʒ β. M. pro dosi. Crem. ʒ ʒ j. in juscule Tenzelius exhibet. Quod si verò acrimonia humorum adesset, ne intestina exulcerentur: Clysteres refrigerantes, humectantes, & lenientes. *Sennertus Forestus* & alii suadent (g) ex herbis emollientibus & refrigerantibus, ut Malva, Althæa Branc. Ursin Mercul. Beta, Parietar. Lactuc. Solan. Endiv. Portulac. semperviv. adde semina quatuor frigida majora & minora: Semen foenugræ. Lini. e. g. R. Herba Malvæ. ʒ rial. an. m. j. Lactu. Portulac. plantag. an. m. β. flor. Violar. Rosar. Nymph.

Nymph. an. .p.j. Sem. foenugr. Cucurb. an. ʒβ. coque in deco-
cto hordei q.s. Colaturæ R. ʒj. (pro ratione ætatis & sexus) Cass.
pro Cytheribus vel elect. lenit. ʒβ. sacchar. rub. ʒj. m. f. Clyster.
[(a) Avicenna *fen. 4. lib. 1. c. 4.* (b) Hercul. Saxon. *lib. 3. Practi.*
c. 20. p. 249. (c) Petrus Salius *Diversus de febre pestil. c. 24. p. 188.*
Fonseca *Tom. 2. Consult. 78. p. 454.* (d) Sennertus *Instit. major.*
lib. 5. part. 2. sect. 1. c. 5. p. 1109. (e) Forestus *lib. 2. de feb. observ. 40.*
in schol. (f) Petrus Johann Faber *in Myrothec. Spagy. lib. 6. c. 2.*
p. 255. (g) Heurnius *de feb. c. 15. p. 58.* (h) Tenzelius *in Phil. part.*
2. p. 16. (i) Sennertus *lib. 3. Pract. medic. part. 2. sect. 2. c. 6. p. 309.*
Forestus *loco jam citato.*]

XXXX.

Quoniam verò omnia vitæ & sanitatis gratia à Medico in-
stituuntur, rectius observatur, si, quod maximum vitæ pericu-
lum minitatur, prius removeatur: idque diximus in thesi 35.
Fluxum alvi Colligativum præstare. Nam nisi Medicus con-
vocatus primo fluxui corpus fatiganti succurrat, sed ad causæ
sublationem curam dirigat, prius vitæ ægroti, quàm causa mor-
bi tollitur, quia ista admodum difficilioris & longioris est cu-
rationis. In Controversiâ quidem est, an Fluxus Alvi Col-
liquativus statim sit cohibendus, præsertim si materia per
Colliquationem simul prava existat. Verum enimverò, in
omni Excretionem præ reliquis duo notanda, quid & quomo-
do excernatur. Cum itaque in hoc fluxu insolenti & febre
confectario, materia alimentaris dejicitur, & quidē cum insigni
virium læsione, maximè hîc adstrictionem urget: secundum
illud Dogmaticum: **Omnis Fluxus ex utiliū Colliquatio-
ne cohibendus;** aliàs fatiscunt vires, ægerque extinguitur.
Atqui licet, quod ratione materiæ, utpote, quæ simul vitio-
sa, nec planè malus, nec ideo sistendus, tamen ratione pra-
vorum accidentium, quæ illum comitantur, & pravus est, &
cohibendus est. Propterea nostram quoque curam statim ad
fluxum dirigimus, & tam internis quàm externis. Notandum
autem, dum alvum stringimus, usum remediorum unà inire,
debemus, quæ & temperant viscerum calorem & leniter ad-
stringunt,

stringunt, si exigius; validius verò, si effusior. Prioris ge-
 neris sunt: Conserv. Rosar. bolus armenus. C. C. ustum præ-
 parat: Oxyfacchar. Syr. Portulac. de limonibus, acetosit. citri.
 Granator. Ribium, qui & adstringunt & putredini ac mali-
 gnitati resistunt: Aq. Rosar. Portula. Acetosa, Posterioris
 generis sunt: Conserv. Rosar. antiq. diacodon. Philonium:
 Trohis: de carabe. spodio. terra sigillatâ. Extr. Tormentillæ,
 symphyt. maj. syr. cyd. de rosis siccis, de succo Plantaginis.
 Chymici valdè laudant Tincturâ Smaragdi veram (si quis ha-
 bet) quia & adstringit & corroborat. Coralliorû, Syrupus coral-
 linus Turqueti correctus. Crocus Otis. ejus oleum & essentia
 Crollii. ☉ coralliorum Fabri. Extract: glandium Querc. cum
 Spiritu proprio: Mixturâ Myrtillo: Spiritus terræ sigillatæ. Cō-
 mendantur quoque syr. de agresta, Myrtin. Aq. Plantag: Cen-
 tinod. Lac Chalybeatum, ferratum. Formulæ ex auctoribus
 colligi possunt. R. Conserv. Rosar. acetos. an. ℥j. diacy-
 don. sine speciebus ℥ iij. Rob. ribium. terræ sigillatæ. C. C. ustu,
 præpa: an. ℥ ij. cum Syrup: Cydon. fiat Electuarium. (a) Fo-
 restus addit perlar. & coroll. rubr. subtilissi. tritor. an. ℥ ij. vel
 R. Syrup. Granat. Berber. an. ℥j. Tincturæ. Rosar. ℥ß Aq. Tor-
 mentill: Plantag an. ℥j. m. s. Stärck vnd Krasssafft, vel R. Ra-
 dic. Torment. 3^o. corall. rubr. præpar ℥j Terra sigillat. Traga-
 canth. C. C. usti præpa. an. ℥j. Kasur. Eboris. Boli armen. præ-
 par. an. 3ß Nuc. moschat. maces. ppt. à g. vj. m. f. per dos. 3ß.
 in juscule (b) vel R. Corall. rubr. 3j^o. Margarit 3 ij. Rosar.
 rubr. 3j. Spod. 3ij. in tenuissimum pulverem redigantur &
 ▽ Rosace. destillata in arena in alembico vitreo sæpius laven-
 tur & exsiccantur hujus pulv. 3j. exhibe. cum cerevisia in qua
 Chalybs ignitus fuit extinctus. (c) vel R. Aq. Rosar. acetos. an.
 3 iij. Portulac. Plantag. an. 3jß. Trochisc. de terrâ sigillat. 3ij.
 Extra. Tormentillæ 3j. Marga. præpara. de gem. frigi. an. 3ß.
 Syrup. Granat. Cydon. an. 3ß: Corall. rub. 3j. m. s. Stärck Ju-
 lep. vel R. Amygdal. dulc. 3ij. san. 4. frigid. maj. excort. an. 3ß.
 papau alb. portul. an. 3j. in aq. Rosar. 3j. Plantag. Tormen. an.
 3ij. f. l. artis emulsio add. Troch. de spodio. 3j. C. C. usti præ-
 pa. 3ij

pa ʒij. Marg. præpar. de gemmis frigidis an. ʒj. Manus Christi cum perlis. ʒß. s. Stopff und Stärckmilch.

Externè adhiberi possunt, oleum violar. Rosar. Myrtill. Cydoni. Myrtin. Mastichin. Nucis Mosch. Unguent. Resumpti. Infrigidans *Galen.* Emplastr. de Masticho. Diaphœnicis frigid. de Cydoniis. de crusta panis e. g. R. Emplastr. de crusta panis ʒvj. diaphœnic. ʒij. Malaxetur cum oleo cydonior. q s fiat Emplast. In malignis. R. Theriac. Andromach. ʒj pulv. Torment. ʒj. ol. nuc. mosch. expref. Extr. Torm. an. ʒj. Entend. super alutam s. Nabelpflaster. Et quia somnus omnes evacuationes, excepto sudore, supprimit, imperandus ille, quibus verò provocetur, Thef. 45. satis exhibet.

[(a) Sennertus Prax. lib. 3 part. 2. sect 2. c. 6. p. 309. (b) Horstius von der hitigen Krankheit pag. 41. (c) Forestus lib. 4. observ. 7]

XXXXI.

Et quoniam vires in Fluxu alvi Colliquativo admodum debilitantur, eum nimirum & cordis & omnium partium solidarum, proximo earum alimento colliquato, humidum primigenium consumitur. Hinc admonet Hartmannus (a) in fluxionibus alvi præsertim malignis constringendis, non tam respiciendum esse ad restrictiva, quàm confortativa, sine quibus plus sæpius peccatur, quin etiam malum exaggeratur. Et observarunt Practici naturam corroboratam haud rarò absq; alio adjumento morbum depulisse. Ideoq; & Analeptica adjungimus, ita tamen ut his semper quoq; causa mali observetur. Prescribi autem possunt sequentia aut similia. Rx. Pineæ: excort. Amygdal. dulc. an ʒij sem. 4. frigid. major. excort. an. ʒj (si cum malign. sem. citri aquileg. acetosæ.) papav. alb. ʒij Aq. Rosar. Fragar. Borræg. an. ʒiij (citriæ) fiat leg. art. Emulsio edulcoretur Man. Christi. perlat. ʒß. ad potest: C. C. ust. præpa. ʒʳ. Coral. alb. præp. ʒʳ. Essent. Citri ʒij m. s. Stärck und Krafft milch/vel. Rx. Aq. Fragar. acetosæ. an. ʒiij. Buglossæ. Rosar. à ʒj. Corall. rubr. præpa. spec. de gem. frigid. an ʒj. Confect. alkerm. (si fluxus permittat.) ʒß. Vinæ granator. ʒj. Syrup. Ribium acetos. citri. an. ʒß. Spir. Oli ʒtis ad gratam aciditatem s. Stärck Zulep

D. iij

vel

vel. R. Conserv. Ros. \odot lat. \mathfrak{z} ij. Borrag. Acetosæ. à \mathfrak{z} j. carn. ci-
 tri. \mathfrak{z} vj. (ratione Hæcticæ Portulac. ratione ardent. Violar.) Ra-
 dic. Cichor. cond. \mathfrak{z} ß. (Scorzon) Electuar. lætific. Galen. \mathfrak{z} ijj.
 Trochis. de spodio \mathfrak{z} jß (si ingrato sapor nō deterreat) spec. arom.
 ros. \mathfrak{z} j. Marga. præp. Corall. præp. à \mathfrak{z} ß. succ. Citri \mathfrak{z} ß. (portul.)
 Syr. de frag. \mathfrak{z} j. Moschi g. ij in ∇ Cinam. solut. m. s. *Stärcklatte*
werge / vel R. spec. diamargarit. frig. de gemm. frigid. an. \mathfrak{z} ß.
 Cordial. \mathfrak{z} ij. C. C. philoso. calc. \mathfrak{z} j. spec. confect. resumtiv. \mathfrak{z} ß.
 terræ sigil. præpa. Boli armen. præpa. à \mathfrak{z} j. Magist. coral. mar-
 gat. à \mathfrak{z} ß. Macis. acet. rosar. infus. & exsiccant. \mathfrak{z} jß. Manus
 Christi cum perlis \mathfrak{z} ijj. Ambra. gr ij. fol. \odot num. i. m. s. *Kräfft-*
ges Stärckpulverlein vff ehliche mahl. Exhiberi quoque potest
 Pasta illa regalis, quæ à Foresto ita describitur. R. Pulpæ Ca-
 pon. Perdic. an \mathfrak{z} ijj. Amygdal. dulc. in aqu. calid. Rosar. ma-
 cera. & depilatar \mathfrak{z} ijj. Pinear. recen. lotarum in ∇ Rosar. \mathfrak{z} ß.
 Phisticor. \mathfrak{z} ij. terantur ultimâ contritione addendo Gumm.
 arabic. Tragacanthi an. \mathfrak{z} ß. Spec. diarrhod. abb. diatraga fri-
 gida \mathfrak{z} jß. Spec. diamargar. frigid. \mathfrak{z} j. diapenid. \mathfrak{z} j. Con-
 serv. violar. borrag. an. \mathfrak{z} ß. Conser. Rosar. \mathfrak{z} ij. pulv. Cina-
 mo. electi \mathfrak{z} j. manus Christi cum perlis \mathfrak{z} ijj. exigua aq. Ro-
 sar. adjecta fiat pasta Regalis foliis \odot lis obducta. Commen-
 dantur Morsuli Herculis Saxonix (b) Tabul. Plateri (c.) Item
 exhiberi potest Aquæ virtutis Cochlear. i. vel aqu. Capon.
 coch. i. quarum descriptiones inferius videbis. Confectiones
 restaurativæ pro Cæsare Maximiliano à Cratone præscriptæ \mathfrak{z} ß.
 Et quæ alia hinc inde ex Practicorum libris colligi possunt.
Chymici extollunt Quintam essentiam Perlar. Capon. Fabri
 Syrup. & Electuari: Margarit. Id. Tincturam croci. Essentiam
 ossis d. Cord. Cerv. Mixturam Rubi Idæi Salæ. Spiritus Panis
 valdè laudatur. Hujus descriptiones, quia ubiq; inveniuntur,
 addere nolui.

[(a) Hartmannus in notis ad Crollium p. 440. (b). Hercules Saxo-
 ni. lib. 8. Pract. de febr. p. 728. (c.) Felix Platerus de febr.
 p. 189.]

XXXXII.

Ut itaq; febr, quoq; idoneis succurramus remediis, utpo-
 te à cujus calore igneo, **Fluxus Alvi Colliquativus** excitatur:
 obser-

observare primò est; an calor sit simplex hecticus, an ve-
 rò putridus simul aut malignus? ne, dum uni prodesse stude-
 mus, alteri magis noceamus. In omnibus tamen hecticam,
 semper observemus. **Generosiora illa remedia venæsectio**
& purgatio an & quomodo hîc convenient, thesis 38. & 40 plu-
 ribus explicant. Hæc saltem, quibus calor igneus seu inter-
 peries partium solidarum fervida refrigerantibus & humectan-
 tibus sit compescenda, Idq; tam internis, quam externis, de-
 monstrat. Intra corpus assumi possunt: Syrup. acetos. simpl.
 de limonibus, de acetos. citri Aurantiarum. Si corpus merè
 biliosum sit, Practici, ex sententia Hippocratis, dissuadent Sy-
 rupos, & res mellitas, nisi aquis convenientibus plurimum di-
 luantur? Aq. Endiv. Violar. Portul. Acetos. Cichorij Rosar.
 (Plantag. Tormentillæ) scabiosæ. Conser. Acetosæ Acetosellæ,
 Violar. Nymph. Buglossæ Borrag. Flor. Cichorij Caul. Lactuc.
 Hispani. cond. Caro cucurbit. cond. Caro citri. species Diar-
 rhod. abb. Diatragacanth. frigid. Diacorall. Diamargarit. frigid.
 Diatriosant. Cordial. temp. Manus Christi cum perlis &c.
 vel R. Herb. sonch. Endivi. Cich. dent. leon. Portul. coq. in
 simpli. adde Syrup. Granato. malor. aurant. lim. citri pro ra-
 tione causæ, Heurnius in feбри. malig. quæ fluxu fatigant, de-
 coctis adjicere jubet magnam copiam semin. papav. & ejus capi-
 tum cum scordio, carduib. scabios. semin. citri. acetos. flor. bu-
 glossæ, acoreq; limonum adjecto, Syr. ribium aut Cydonio-
 rum. Variæ remediorû formulæ ad ægroti palatum concinnari
 possunt. e. g. vel R. Aq. Acet. Viola. Buglos. an. ℥ij Rosar. Por-
 tulac. an. ℥j. (si cum maligna adde Citriæ) boli armen. præp.
 C. C. usti præp. an. 3℔. Coralli rub. præp. ʒj. Syr. acet. (si cum
 putrida aut maligna Syr. acetos. citri. granator.) Julep. Rosar.
 an. 3℔. Spir. ☉ ad gratam aciditatem m. f. kühlender Julep /
 vel R. Conserv. acetos. viola. flor. Nymph. an. ℥j. Borrag.
 3℔. (si cum maligna flor. meliss. flor. citri) Caul. lactuc.
 Hispan. cond. ʒiij. spec. diamarg. frigid. ʒj. Cordial temperat
 3℔. Hyacinth. præp. ʒj. Syr. acetos. citri de limonibus (in
 malignis) Portulac. an. ℥j. succ. ribium & granat. 3℔. m. f. Ele-
 ctuarium molle. Ex **Chymicorum** sententiâ Tinctur. Rosar.
 Violar.

Violar. Cichorij. Meliss. Arcanum O ad Dj commendat Theophrastus. (a) Ex dogmaticorum suppellectili hæc & alia pro lubitu reperti possunt. Notandum tamen, si hectica non sit simplex, sed cum putrida mixta, ut putredini resistentia, si cum maligna venenatis seminibus adversantia, admisceantur.

[(a) Theophrastus von den Bergfruchtbeeren cap. 6. pag. 660.]

XXXXIII.

Inter ea, quæ Externè corpori applicantur, in primis laudatur Balneum aquæ dulcis, quod si rectè administretur, convenientissimum est, quia refrigerat & humectat. Et quo felicius procedat, coquantur in aq. Radices Altheæ, Malv. Violar. Branc. Ursin. Portulac. Bugloss. cum radicibus. flores: Chamæm. &c. Alij ratione fluxus commendant Balneum ex aquâ in quâ scorea Oris vel chalybs fuit extinctus. Verùm in omnibus externis maximâ circumspectione opus est: videndum enim ne, cum calorem temperare frigidis putamus, poros occludamus, & sic caloris præter naturam effluxum penitus impediendo intus calorem magis incendamus, & fluxum colligativum augeamus. Convenit Balneum si hectica sit simplex; in nostro affectu (si concederetur) mora in eo sit brevis, si verò conjuncta cū putridâ, minime convenire Practicorum est observatio. Non frigidum, quia retinerentur excrementa putrida; non calidum, quia corpus magis colliquaretur. Epithemata vero refrigerantia Cordis & Epatis, ut & inunctiones utiliter suadent. Tutius ea & melius quoq; adhibentur, si temperata, quàm actū frigida: hoc enim modo calor ad interiora nec repellitur, nec augetur, sed facilius eorum vis penetrat, & per poros cutis patentes calor febrilis exspirat. (a) Confici possunt ex aquâ Rosarum, Portulac. Nymph. Scabio. Borræg. Buglossæ. Fragar. citri. Melissæ. Virtutis. Carbunculi: si ad Epar addi potest, aqua Cichorij. Lactuc. Endiv. Solan. Hepatic. succ. portulac. semperviv. Endiviv. Limon. Citri. loco aceti, quod Platerus (b.) ob siccitatem interdixit. Unguent. Rosac. Infrigidans Galeni, oleum Rosar. Violar. ex seminibus cucurbita. spec. Dramarg. frigid. diarrhod. abbat. ad Epar Species diatrionsant. Pulv. Cort. citri. sem. Basilicon. contusum in malignis:

nis: Alii addunt Rasur: Eboris. C.C. & alia, an verò ea magnarum virium sint in externis, liberum reliquo. Præscribi autem possunt tales formulæ. R. Aq. Rosar. fragr. Portulac. Borrag. an. ℥ij. Citri. Meliss. an. ℥j. virtut. ℥℥. Spec. Cord. ℥j pulv. Cort. citri ℥℥. succ. citri ℥℥. m. pro Epithemate cordiali in hæticâ cum malignâ. Vel R. Aq. Rosar. odorat. Cich. Hepat. an. ℥ij. Portulac. ℥j. succi semperviv. ℥℥. Spec. diatrionfant. diarrhod. abb. an. ℥℥. succ. lim. ℥℥. m. pro Epithemate Epatis. Vel R. Unguentum rosat. Mesue. ℥℥. (in malignâ Mithrid. spec. liberant) Spec. Cordial ℥ij. Camph. gr. jv. ol. Rosar. q. s. fiat linimentum cordiale. Vel R. Unguent. Infrig. Galen. ℥℥. Rosat. Mesue ℥ij. Spec. diatrionfant; diarrh. abb. an. ℥℥. ol. viol. ℥℥. fiat linimentum ad Epar. Ex oleo Rosar. violar. mucilag. seminis Althææ fiat linimentum ad spinam dorsi, pro siccitate totius corporis, ut assimulatio in extremis partibus fieret melius. (a) Locum habere potest Unguentum à Paracelso (b) præscriptū. R. Unguenti Murmëtor. ℥ij℥. medul. bovis ℥℥. Taxi. ℥ij. olei Amygdal. amar ℥iij. Vini rubr. quantū satis pro decoctione reduc. in form. Unguenti (b) Pulsibus quoque utiliter applicari possunt sequentes sacculi in præscriptis aquis irrorati. R. Flor. Rosar. rubr. Violar. Borrag Bugl. an. p.℥. pulv. caryophyl., macis. santal. citrin. ligni Aloes, Rhodii. an. ℥j. Croci orient. gr. vj. Ambra. g. ij. misc. & insuant: in synd. rubra fiant sacculi duo, madesiant in dictis & applicentur. [a] Forestus l. 5. de feb. obs. 23. (b) Theoph. l. 5. Paragraph. p. 186.

XXXXIIII.

Symptomata, quorum in fluxu alvi Colliquativo potissimum habenda sit ratio, sunt virium prostratio, syncope: vigiliæ &c. Virium lapsus, quibus erigendus remediis horum catalogum thesis 41. recenset. Syncope verò quomodo ea removenda videbimus. Oritur autem illa in hoc affectu primò ex spirituum resolutione, ob nimium alvi fluxum spiritus dissipantem, qui propterea cohibendus vel somnum provocantibus, quæ sequens thesis 45. tradit, vel medicamentis adstringentibus, quibus tamen corroborantia simul miscenda. v. g. R. Boli armen: præpar. ℥j. Trochisci de carabe ℥j. Extract.

tract. Tormentill. gr. xv. in Aq. Cinamo: diaborrag. ʒß. solu-
 ti, spec. Cordial. Margarit. præpar. an. ʒjß. Manus Christi cum
 perlis ʒß. Syrup. Cerafor. cum flor. Tunic. corall. an. ʒiij. Aq.
 Rosar. Melissæ Plantag. an ʒij. fiat mixtura. Et plura alia
 quæ ex thesi 41. desumi possunt. Hic ea repetere superfluo-
 um. Deinde Syncope quoque fit ex spirituum defectu, qui, & ob
 Colliquationem proximi partium solidarum alimenti spiriti-
 bus vitalibus nutritionem subtrahentem & ob calidam cordis
 intemperiem amplius generari nequeunt. Ideoq; corpus,
 quam primùm reficiendum quod commodissimè fit, exhibendo
 medullam panis vino Granatorum, vel albo generoso & succo
 pomorum vel Cydoniorum intinctam. Et vix aliquid magis
 & citius vires, quam vinum reficit. Hinc crassius delinquitur in
 ejus subtractione, quam in ejus exhibitione. (a) Plus enim urgeat
 Spiritus reficiendo, quam illa causa prohibendo (b) vel exhibea-
 tur Cochlear. ʒ. Aq. Perlar. *Hartmanni* (c.) Vel R. Aq. Fragra.
 Acetof. Borrag. an. ʒj. Melissæ, Citriæ an. ʒß. corall. alb.
 præpar. Margarit. præparat. ʒj. Spec. diamarg. frigid. ʒj.
 Manus Christi cum perlis ʒß. Aq. cinamomi ʒij. Spiritus
 Rosar. ʒ. j. m. s. *Hersstädtendes Perlenwasser* dos. Cochl. j.
 vel R. Conserv. Rosar. ʒ. Bugloss. acetosell. flor. Tunic. an.
 ʒj. spec. diamosch. dulc. diaxyloaloes. an. ʒß (notetur sexus
 natura) diamargar. frigid. oss. d. cord Cervi an. ʒj Confe-
 ctionis alkerm. vel compl. vel incomplet. (si fluxus permittat)
 ʒij. Syrup. acetof. citri. q. s. fiat Lambile. R. Spec. de Hy-
 acinth. Cordial. temperat an. ʒß. diamargar. frigid. diamosch.
 dulc. an. ʒij. Oss. d. Cord. Cerv. schmaragd. præp. an. ʒj. pulv.
 Ocym an. ʒjß. Magist. corall. perla an. ʒß. Amb. g. iij. (in vi-
 ro) saccha. alb. ʒß. fol. ʒ num. ij. fiat pulvis subtilissimus s.
trästiges herzpulver dos. ʒß. in aq. Carbun. Melissæ aut Cinamo.
 diaborrag. Exterius **Facies** irroretur aq. carbunc. Rosar. vel aq.
 cordial. id est, virtutis Rosreuteri Spirit. Rosar. Flor. Aurant
 Jasmin. Catalonic. vel acet. rosar. flor. sambuc. Applicatur cordi
 & pulsibus sacculi flor. rosar. bugloss. borrag. Violar. Melissæ.
 Anthos. Pulv. cort citri. caryophyll. cinamom. sem. ocymi con-
 quassato rasur. lingn. Aloes, Rhodii Gallia Mosch. impleti &
 vino intincti vel linteola aq. Rosar. borrag. Melissæ. Carbuncul.
 succi citri madefacta.

Chymi-

Chymici extollunt Magisterium Corallior. Persar. Tincturam sacchar. croci. spir. corallior. Quintam Essentiam Melissæ. Essentiam Sanguinis Humani Fabri. Observandum verò semper, ne foeminis sine discrimine suaveolentia adhibeantur.

XXXXV.

Vigilias depellendo, somnumq; introducendo etiam Fluxui alvino succurrimus, neq; causam augemus. Efficimus autem id tam Externis, quàm Internis. Externa sunt vel manuum vel pedum lotiones, ut R. Fol. salic. Lactuc. Nymph. Viola. an. m. j. Flor Chamæ. p. ij. Rosar. Nymph. alb. an. p. j. summ. Aneth. mß cap. papav. alb. num. xj. incis. capitibus & reliquis ebulliant. in aq. simplici. in quo decocto lavantur manus & pedes. Vel R. Ol. nuc. mosch. 3ß. Spec. diamb. gr. vj. Laudan. opitat. Paracels. 3ß. Ol. Nymph. Violar. an. g. vij. fiat linimentum, quo sæpissimè usus fuit Rhumelius (a.) vel R. Ol. Aneth. 3j. nuc. mosch. expressæ 3j. opii g. iij. Essen. Croci g. ij. m. f. Balsamus ad tempora & nares. Vel R. Aq. Rosar. Lactuc. solan. an. 3ij. Melilot. flo. sambuc. an. 3j. sem. pap. alb. contus. 3ij. anethi. 3j. aceti rosar. 3ij. m. s. vmb. schlag. Alii gloriantur se felici successu sanguifugas propè aures applicuisse, iisq; remotis vulnusculis opii g. j. cum ol. nuc. mosch. indidisse. Intus exhibeantur. R. Sem cucurb. melon. excort. an. 3j. pap. alb. 3ij. Amygdal. dulc. 3ß. In aq. Portulac. Aq. Hypno. inferius descriptæ Viola. an. 3ijß. fiat l. a. emulsio. adde spec. diamarg. frigid. 3j. Julep. Violar. 3j. Spir. Rosar. 3j. m. s. Schlaf Milch. Vel R. Conser. Violar. flor. Nymph. Acetos. an. 3j. caul. lact. Hispani. cond. 3j. sem. papav. alb. & si lubet cucub. excort. an. 3ij. Spec. de gem. frigid. 3ij. Syr. de papav. q. s. fiat Elect. molle Ultimum deniq; solatiu sed præsentissimu remediū censetur laudanū opiatu cuius descriptionem omnibus aliis præferimus Hartmanni. (b) Exhibere potest hoc vel alio modo. R. Laud. opiat. g. ij. cum syr. pap. q. s. formè duo pilulæ. Vel R. Laud. opiat. g. iij. in Aq. Portulac. 3j. syr. papav. 3ß. **Chymici** comendant Essentiā Syr. papav. Tinct. Opii 3ß. Essent. croc. gr. iij. Plures symptomat. horum & reliquorum curationes ex ipsis fontibus quilibet haurire potest.

[a] Iohann. Cunrad. Rhumel. in Cent. curat. medic. Curat. 98. p. 168.

[b] Hartmannus in Praxi Chymiatrici. p. 25.

Sed frustra cum morbo medicamenti tam internis quàm externis pugnaremus, si æger Diætæ immemor, sine lege & delectu quibuscunque obviis cibariis sese exsaturare vellet. Non enim Medicum præstanda præstitisse sufficit, nisi æger suum faciat officium externaq; res ritè sint comparatæ. Propterea ex Diætetico fonte in quò est rerum non naturalium administratio, quæ præscriptis remediis analogicè respondeant, Egro suademus aerem ad humidum & non nihil frigidum inclinantem, vel naturâ vel arte ita paratum ex herbis & floribus frigidis foliis, salicis, vitis, flor: Nymph: Rosar: sparsis: vel cubiculum aquâ cum aceto mixta conspergatur: vel linteolum aquâ frigida & rosarum madefactum penes lectum suspendatur: Cibus sæpe est exhibendus propter vires, quæ subito restaurari volunt. (a.) sed parum per vices, ne gravet, offeramus. Habeamus autem semper rationem febris, causæ & corporis affecti, monente Pernumia. (b.) Cibus nimirum sit *εὐχρηστὸν καὶ εὐπεπτόν* qui refrigeret, humectet & modicè adstringat. Medicorum Parenti Hippocrati duo inprimis auxilia in usu fuerunt: Cremor Ptisanæ, & aqua frigida. Ptisana hordei non colata paratur à Pernumia loco dicto hunc in modum. R. Capum juvenem cum hordei excorticati p: iij. Plantag: p: i. modicum, antequàm ab igne amoveatur, immittendo granorum mali Granati: acidi. p. i. quod coquatur tamdiu, donec rumpatur hordeum & tenerimum fiat. Extrahe hordeum & adjecto paucò saccharo administretur. *Forestus* (c.) exhibet sorbitiones ex Amylo & Ptisana, hordeata quoq; cum Emulsione amygdalarum dulcium prius corticibus ablatis. Idem tale præscribit jus restaurans. R. Capum deplumatum purgatum, pedem porcinum à pilis optimè abrasum, pedes duos ovillos similiter depuratos vini Rhenensis odoriferi ℥viij, Manus Christi cum perlis ℥iij. Cinamomi electi ℥iiij (alibi addit succum trium granatorum) coquantur in MB. ut artis est ad horas 9. de hoc tribus singulis horis sumantur 4. cochlearia. Plura hujus generis ex Auctoribus colligi possunt. Panis sit optimi frumenti sine sale & fure confectus à crustâ inferiori & superiori nudatus, recens, diem quartum non excedens. Ex carnibus eligantur Galli nondum coeuntes, capones mediæ pinguedinis, Alaudæ, Perdicæ,

cēs, Phasiani. Laudatur caro vitulina, hœdina, cerebrum porcellorum & vituli commendat *Platerus* (d). Pisces sunt saxatiles. Lucius, carpio, Perca &c. Exhibeantur potius elixatæ, quàm assata, coquantur cibi cum malis cydoniorum, symphyto, Plantagine parum Macis. Assata si exhibeantur alterentur condimentis ex succo granator: Aurantiar. Berberum, Pomorum dulcium paratis. Item ex succo Acetosæ, Borragin: Buglossæ, Portulac: Capreol: vitis adjecto saccharo cinamom. & nucis moscat. Potus iisdem cum cibi qualitatibus sit præditus. Assuetis & vehementer appetentibus ac sitientibus, ubi fluxus potius ab æstu, quàm à malignitate, Aqua frigida dari potest: imprimis aqua Chalybeata: vel hujus loco Aqua hordei cum Plantagine, Tormentillæ. Rosar: C.C. vel Eboris cocta. Vel Aqua destillata Plantaginis, Endiv. Portul. &c. Syr. granat. Berbe. Ribi. edulcorata Vinum, si concedendum, sit boni odoris & saporis aquâ coctâ dilutum. Lac, si putrida non prævaleat, acetosum, dempto butyro cum foliis acetosæ coctum (e) item Chalybeatum. Cerevisia benè depurata. Somnum capiat moderatum, in æstate, in lecto ex corio vento pleno. In hyeme super culcitram. Et si nocte ægrotus malè dormierit, etiam in die tribus horis à prandio finitis, vires somno quærat. Linteamina sint pura ac mollia, benè odorifera, sæpiusq; mutata. Animi perturbationes exulent omnes. Corporis exercitia sint admodum remissa. Venus ipsa fugit languida.

[(a.) *Platerus in Praxi de febr. p. 181.* (b) *Paulus Pernumia de arte curationis B. p. 685.* (c.) *Forestus lib. 22. de alvi profluvio obser. 15. & lib. 7. de febr. obs. 40. & lib. 4. de febr. obs. 9.* (d.) *Platerus ibidem* (e.) *Forestus lib. 22. obser. 40.*]

Nunc tempestivum est, ut vela nostræ disputationis contrahamus, & portum incutramus.

Honor sit Laus & Gloria Tibi, ô Triune DEUS,
 Archiater summe, à quo solus prospet est nostræ curationis

F I N I S.

E 3

Adde-

Addere lubet quasdam præparationes Medicamentorum, quorum hac in nostrâ Disputatione mentio facta fuit.

Aqua Caponis.

R. Conserv. Rosar. Violar. Borrage. Endiv. Ireos. an. \mathfrak{z}^i . Pinear. mundat. Amygd. mundat. Aq. Rosar. Aurant. an. \mathfrak{z}^i . Gum. Arab. Tragac. an. \mathfrak{z}^i . sem. 4. frigid. maj. excort. an. \mathfrak{z}^i . foenic. Anisi Urtic. Papav. alb. Passul. minor. Ficu. Jujub. sebest. liquir. an. \mathfrak{z}^i . Spec. diapenid. diatrag. f. diaireos an. \mathfrak{z}^i . diatrionfant. diarrh. Cordial. temper. de gemm. frigi. an. \mathfrak{z}^i . Corall. rub. præpar. Marga. præpar. an. \mathfrak{z}^i . CC. usti præpar. \mathfrak{z}^i . Condit Cort. citri arant. an. \mathfrak{z}^i . Micæ panis infus. in lacte caprin. $\mathfrak{lb} j$ Aq. Rosar. Tussil. scabios. Hyssop. Violar. scolopend. Acetos. an. $\mathfrak{lb} j$. Coque cum capone eviscerato & f. l. a. destillatio.

Aqua Virtutis.

R. Rad. Bugloss. Ital \mathfrak{z}^i . Flor. Borrage. Buglossæ an. \mathfrak{z}^i . Anthos croci an. \mathfrak{z}^i . succ. Cydon. Malor. Borsdorf. an. $\mathfrak{lb} j$. Citri. cum cort. concisis \mathfrak{z}^i . Vini Rhenani albi $\mathfrak{lb} iij$. Aq. Melissæ, Buglossæ an. $\mathfrak{lb} j$. stent in infusione p. d. in loco calido postea f. l. a. destillatio.

Aqua Cordialis Kolreuteri.

R. Herb. Rorism. Melissæ Basilic pulegii serpilli an. m. j. Cort. Cydonior. recen. Citri exterior an. \mathfrak{z}^i . Ligni aloes. santal. citri. Rhod. rosar. an. \mathfrak{z}^i . Caryophyll. \mathfrak{z}^i . Nuc. mosch. \mathfrak{z}^i . Croc. spic. Ind. celt. an. \mathfrak{z}^i . Contusa infundantur in ∇ Rosar. $\mathfrak{lb} j$. Spirit. Vini optim. acet. rosar. an. $\mathfrak{lb} j$. stent in infusione per dies 3. ad solem vel in loco calido postea destillentur in Baln. In extracto liquore dissolve mosch. g. v. vel q. s. ad gratissimum odorem aut suspendatur. mosch. in Alembici rostro.

Aqua Hypnotica.

R. Sem. lactuc \mathfrak{z}^i . Papav. alb. $\mathfrak{lb} j$. portul. \mathfrak{z}^i . sem. 4. frigid. maj. excort. an. \mathfrak{z}^i . Flor. Nymph. Violar. an. m. iij. Croci orient. \mathfrak{z}^i . Macis \mathfrak{z}^i . Contusa & incisa infundantur in ∇ Lactuc. $\mathfrak{lb} j$. Nymph. Rosar. an. $\mathfrak{lb} iij$. nuc. mosc. \mathfrak{z}^i . stent in loco calido per biduum deinde destillat. Δ lentissimo per alembic.

Syrupus

Syrupus Corallinus Turqueti correctus.

R. ☉ Corallior. acet. præp. ℥iijß. affunde succ. limon. depurati ℥xij. acet. destill. ℥iij. digere, filtra. Hujus **R.** ℥xiv. succ. Cydon. depurat. ℥viiß. succ. Rosar. rub. ℥iij. Berber. ℥vj. M. indatur nodulus sequēs. **R.** santal. Citri ℥ijß. cinam. electi caryoph. an. ʒ. M. f. nodulus, factâ residentiâ filtretur omne & addantur saccha. ad consistentiam coct. **℞** ij F. L. A. syrup. dof. Cochli. j.

Confectio Restaurativa Cratonis pro Cesare

Maximiliano.

R. Pulpæ Attagenæ ℥iß Pistac. pinear. an. ʒvj amygd. dul. num. ix. adde Conserv. Rosar. ʒvj. borrag. ʒij Margar. præp. ʒj Corall. rubr. ʒij. nuc. mosch. tost. Cinam. an. ʒß macis incis. ʒß. sacch. in Aq. cinam. & Ros. ʒvj. fol. F. conf. in morsul.

Dum cathedram scandit BERTRAMUS, & ore potenti
Arduus in morbos bella diserta quatit,
Hicet humanæ præses Medicina salutis
Plaudit, & hos sacro reddit ab ore sonos:
Hoc erat, hoc, de te quod sperabamus Alumno:
Laurus parta tibi est, & nova palma mihi.

Augustus Buchnerus.

Læta per ingentes alto de gurgite fluctus,
BERTRAME, dum se mens veget,
Et dubium ingreditur pelagus, syrtesq; profundas,
Qvales Machaon permeat,
Naturæ varium cùm lustrat mente laborem,
Artis recondita eruens;
Qvid nova currenti monitor calcaria subdam,
Facemq; suggeram faci?
Sponte tuâ excelsum quando decurris Olympum,
Jam culmen attingens manu,
Qvô positi felix Pæon, Cousq; peritus
Præclara filios docent.
Qvin hoc ago potius, claros ut gratuler ausus,
Conataq; adjuvem prece,
Ut prosper patriæ lætusq; illuceat Urbi
Venturus usq; & usq; honos,

Qui

Qui micat in præsens, crinem complexus amicum,
Ut ambiat frontem tibi.

Dulcis amor patriæ : cûi prima hæc gratia fertur,
Probare se frugi optimæ;

Altera, quâ possis, radiantem affundere lucem,
Quæ nomen & decus vehat.

M. Johannes Ericus Osterman-
nus, Græc: Liter: P.P.

Quos inter olim stabis, herbartum potens
BERTRAME, Gentium salus

Novella, summæ Candidate Laureæ,

Qui stas in illo jam loco,

Tentatur unde summus æther, ut detur

Hominum quod accidat bonis,

Tuoq; Honori. perdoces doctissimè

Ut excuti fluxus queant,

Ut mille pestes, mille morborum agmina.

Multum est, salutem reddere,

Necemq; sistere, & moram linctri dare,

Mortale quæ tollit genus.

At illa gloriosa laus venit in Caput.

Tuum, locus quod dictitat

Præsens, Machaonisq; cura multiplex

In Corde quæ sedet tuo.

An non, Amice, grater hinc Tibi Lauream,

Tanta ex labore quæ venit?

Gratabor usque; ut gratuler tibi convenit;

Sed gratulor de Te & mibi.

M. Albertus Günzelius Fac. Phil. Adj.

Improba sedulitas tua quid non, Optime, vincit?

Id quod Sennertus, quodq; Galenus habet.

Scilicet hoc laudat mea Leucoris alma, Tibique

Pro studio magno, Nomina magna dabit.

Ast ego quàm lætus, tibi grator nomina tanta,

Insimul ex animis omnia fausta precor.

honoris ergò f.

M. Johannes Dürrius Dresd. Coll. Phil. Adj.